

vobis, ut, si locus aperiretur/ celsitudinis^h, ubi vos interponeretis, utique indagaretis nobis, utⁱ et nos/ nostrique amici pro eodem^j decertamur loco; quod omnino respuistis, quia/ postea nullum a nobis questum exegistis. Nos tamen vestro in honore^k para/ti existimus et, si iusseritis de rebus consistentibus in nostra terra/ vobis mitti, quae vestra pene caret, parati erimus, prout mandaveritis. Mitt(i)/mus namque vobis nostros missos cum denariis ob difficulltatem equorum, quia Nor/mani nostros vastantes^{k'} fines copiam equorum nostrorum aliorumque/ secum tulerunt. Unde precor, quo honeste eos emere faciat, ut/ omnes, qui viderint, nostra in terra conlaudent et ego inde honorat(us)/ maneam. Valeat^l celsitudo vestra diu conservata a domino hoc, quod petens moneo, adimplens. fol. 26^r

Brief 4

Bischof Rieveus oder Rithuerus von Troyes übersendet Herfrid ein nicht genau bezeichnetes Geschenk⁶.

Summo honoris culmine diligendo domno Erifrido venerab(ili)/ episcopo Ritveus humillimus episcoporum devotum obsequium^m cum gr(atia)/.

Quam immensas vestre magenitudiniⁿ congruit rependere gratias, nu(llo)/modo valemus enarrare, quia non solum compati vestra de parte cog/noscimus afflictiones nostras, que merito contingunt, verum etiam omnia,/ quae nobis necessaria sunt, inpendere iugiter non cessatis. Et idcirco pre(cor)/ vestre pietatis celsitudinem, ut^o nequaquam despectum habeatis/ tam parvum donum annone, quod nunc dare valemus, ut seminantes (...)/ substantare queant. Nos enim gravi oppressione hoc anno (...)/ circumdamur et timemus, ne forte vilescant XX modii, quo (...)/ hanc placide susceperitis, in quantum deinceps placuerit (...)/ vos, habere potuerimus in vestrum servitium haud^p dubie (...ere) deb(...)/

h) korr. aus celsitudin Hs.

i) über der Zeile nachgetragen Hs.

j) korr. Hs.

k) korr. aus onore Hs.

k') vallantes Hs.

l) korr. aus Valc- Hs.

m) korr.

Hs. n) korr. aus mane- Hs.

o) korr. Hs.

p) korr. aus haudubi Hs.

6) Zu dem Brief vgl. oben S. 134f.